



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Sapientia

**Pinamonti, Giovanni Pietro
Segneri, Paolo**

Coloniae, Anno M.D.CCVI.

VD18 12664146

Tam immane debitum peccato contractum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50782](#)

quia tibi summè contrarium , & cordi
tuo super omnia inimicum. Ità ego
duplice liberatus malo , culpæ atque
pœnæ , in illa beatorum Patria lauda-
bo nomen tuum assiduè , & misericor-
dias tuas in æternum cantabo, Amen.

CONSIDERATIO V.

PRO DIE JOVIS.

Peccatum in Christo pañitum.

PUNCTUM I.

Quām grande Debitum peccato
contractum.

Decem millia talenta. Matth. 18. 24.

I. **C**onsidera , quantum debitum
contrahas apud Deum, cùm pec-
cas. Hinc Justitia d' vina cupit sibi sa-
tisfieri, clamans : *redde quod debes*, il-
linc verò satisfaciendi nec via , nec
modus apparent. Conferant preces suas
unum in cumulum Sancti omnes,
con-

conferant & fusum sanguinem omnes
Martyres , addant & amorem suum
omnes Angeli, ipsaque demum Mater
Deipara meritorum suorum thesa-
rum huc congerat ; omnis hic satisfa-
ctionum apparatus nè unicum qui-
dem potis est expungere lethale pec-
catum. Plus ajo : siage animo,rerum
omnium Conditorem Deum , voce
illa omnipotente , quâ ex nihilo pro-
duxit hunc mundum , eâdem ipsâ pro-
ducere totidem alios , quot sunt arenas
grana in littore maris , eolsque omnes
impleri animabus sanctis , quarum
quælibet meritis superet Reginam
Sanctorum , Virginem Deiparentem,
(D) dico , citra ullam veritatis injuri-
am , quòd, si omnes hæ sanctæ animæ
mille sæculis , omni austерitate vesti-
um,ciborum,jejuniorum, vigiliarum,
corpus emacient, si diu noctuque pre-
cibus instent apud Deum, sanguinem
è venis fundant , se ipsos offerant in
holocausta; dico inquam: quòd omnia
hæc opera, aut quæcunque alia in cen-
sum yeniant, æquissimâ divinæ justitiæ
state.

staterā trutinata, tantum ponderis non
non habeant quantum habet pecca-
tum unicum lethale ; nec etiam per
totam æternitatem, quantumvis mil-
lies multiplicata, ejusmodi confecta-
ra sint summam, ex qua satisfici debi-
to huic possit. (*E*) Id recte intelligen-
dum est: nempe ex eo, quod peccatum
sit injuria Majestatis infinitæ, contra-
hit inde aliquam malitiae & deformi-
tatis infinitatem, quæ rei creatæ obse-
quio expleri neutiquam potest.

PUNCTUM II.

**Christus solus huic debito
satisfecit.**

*Cum non haberet unde redderet. Math.
18. 25. Christus mortuus est pro
peccatis. I. ad Corinth. 15. 3.*

II. **C**onsidera quod, cum impar sit
solvendo huic tam immenso
debito, Deus ipse solaturus venerit in
hunc mundum, & indutus humanam
carnem, per bonitatis quendam exces-
sum, sibimet ipsi imposuerit onus sa-
tisfaciendi divinæ justitiae ; ad quod,
opus